¶ 82 His ita suppositis, resolvunt supracitati DD. quod legitimatio facta per Principem in nostra Lusitania, & Hispaniarum Regnis, cum non sit plena, & absoluta quoad omnes effectus, & habeat adiectam clausulam, ut possit succedere abintestato, & ex testamento, quod non sit vera legitimatio, sed dispensatio, & in similibus legitimationibus, quæ habent clausulas limitativas, si talis filius legitimatus à patre præteritus sit, non admittuntur contra testamentum legitimati, L. inter cetera Cod. de liber. & posthum; unde recte sequitur non posse istos vere legitimatos dici. Et ita resolvit *Paulo de Castr.* in d. L. sed si hac §. patroni, & Iason n. 6. & 7. *Gom.* in L. 9. *Tauri* num. 7. sic intelligendus *Cursi jun.* quem refert, & sequitur *Gam.* dec. 11. num. 4. & dec. 134. & post eum *Cabed.* dec. 69. n. 3. 2. p.

¶ 83 Cum ergo in dicta legitimatione apponatur illa clausula, ibi: *E que outrossim possa succeder ao dito seu pax sômente abintestado*, ut jam notavi supra vers. dispensatio est non legitimatio, bene videtur, & adhuc non extendi cum dicta clausula restrictiva per verbum (*jómente*) quod verbum est de se limitativum, & limitatum producit effectum, in L. in agris ff. de acquirend. rerum domin. cum vulgar.

¶ 84 Quintum fundamentum. Dicta legitimatio etiam habet illam clausulam, scilicet: *Mas nam be minha tenção por ella fazer prejuizo a alguns herdeiros lidimos, se os ouver, ou outras quaequer pessoas, que algum direito hão em os ditos bens, ut ibi dixi in fine; licet aliqui DD. existiment, quod illa dictio (prejuizo) solum ad filios legitimos spectet in bonis parentis, & ad descendentes, & non ita respectu cæterorum transversalium, qui à legitimo excluduntur; procedit tantum in bonis proprijs, & patrimonialibus ipsius*

patris legitimationem impetrantibus, ut tenent DD. afferentes, quod nullum præjudicium transversalibus considerari potest in hac successione abintestato, cum potuerit defunctus de bonis suis libere disponere, & quibus voluerit bona sua relinquere, ut bene consideravit *Fauquin.* controversial. lib. 13. cap. 62. in fin. post *Tiraquel.* & alios *Craff.* receptar. §. 1. num. 21. *Menchac.* de successionib. creat. lib. 1. in præfatione à num. 15. & tenaciter tenet *Molin. de primogen.* lib. 3. cap. 3. num. 10.

Sed quamvis præcedente clausula successionum bonorum patrimonialium ipsius parentis, qui legitimationem impetravit, DD. inter se differant ad excludendos, vel admittendos transversales, posita illa clausula, sine præjudicio tertij: attamen unanimiter omnes conveniunt, quod in successione maioratus, nunquam legitimati succedere possunt, tum quia frequenter à nobilibus personis ordinatur, & succedit doctrina d. §. *siquis roga*ns; tum quia eorum finis est familiarum conservatio, & honestas domus testatoris, quæ non consequuntur maioratum instituentes per hujusmodi filios illegitimos, & in peccato mortali conceptos, licet legitimatos, ut cum multis ad ductis comprobat *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 79. n. 27.

Et tenent omnes DD. resolventes legitimatum per rescriptum Principis, quamvis maior natu sit, non posse in jure primogenitare succedere, imo præferri debere illos, qui ante, vel post legitimationem legitime nati sunt. Ita *Dominicus* in cap. grandi de supplenda negligent. *Prælat.* in 6. quem sequuntur reliqui omnes, ut post *Alexandr.* *Tiraquel Decius*; & alios comprobant *Molin. de primogen.* lib. 2. cap. 11. num. 22. & lib. 3. cap. 2. num. 6. & post eum *Avendan.* L. 40. *Taur. gloss.* 11. num. 7. *Mantie.* lib. 11. tit. 11. num. 4.

Deinde afferunt supradicti DD. quod etiam si patris consensus adsit in legitimatione, nihil prodest in bonis restitutionis subjectis, in quibus pater liberam non habet dispositionem, ex doctrina *Bartoli* in d. §. & quod si tantum num. 14. ab omnibus recepta secundum *Covas d.* cap. 8. §. 9. cum præcedenti explicat *Molin. d.* lib. 3. cap. 3. per totum, & maxime num. 1. Pater *Molin. de iustitia*, & jure disp. 174. conclus. 5. quod in fidicōmissō late comprobat *Peregrin.* art. 23. num. 62.

Ulterius in maioratibus, ut dicunt DD. datur jus formatum considerabile, quæsumum omnibus successoribus, quos Princeps

non potest, vel intendit privare, ut considerat Molin. d. cap. 3. num. 3. & seqq. Cevalh. q. 2. num. 50. & 59. tenet Cervant. ad L. 12. Tauri num. 6. & num. 48. quibus rationibus justissime id ipsum disponit Ord. lib. 2. tit. 35. §. 12.

189 Quintum fundamentum in eo consistit; quia institutor ipsius maioratus erat persona adeo nobilis, ut ex certitudine fol. 172. & seqq. apparet, & ibi declarat, quomodo descendebat per lineam rectam, & si re aliqua illegitimitate, ut sunt ibi verba, scilicet: *Como elle descendia por linha direita, & sem bastardia*, ut fol. 171 vers.

190 Quæ talis petitio fuit facta anno Domini 1571. ut patet fol. 172. vers. in fin. & testamentum, in quo instituit maioratum, fuit conditum multos post annos, scilicet anno Domini 1597. ut fol. 24. unde bene inferatur, quod illud verbum, *por linha direita*, adjuncto alio verbo, *sem bastardia*, quod dictus institutor solum vocabat *linha direita* illam, quæ illegitimitatem non continebat.

191 Ergo bene sequitur, quod quamvis in ejus testamento disponit, quod dictus maioratus devolvatur ad ejus haeredes *por linha direita*, utendo ex his dictis verbis, ut supra in dicta petitione; quod solum legitimos vocare voluit, & nullo modo debebat diligere in testamento, quod jam antea abhorrebat demonstrabat, scilicet illegitimitatem.

192 Et ita tenent DD. quod ubi probables conjecturæ apparuerint ex voluntate testatoris, quod nunquam ad illegitimos maioratum noluisse devolvi, est tanquam Lex observanda per Auct. de nupt. ibi: *Disponat testator, & erit Lex; & alia, & præcipua cōjectura est etiam, si testator fuerit persona nobilis, quia maxime dedecet illegitimitate natos habere haeredes, vel bonorum suorum successores, ex ijs que notantur à DD. in L. ex facto §. signis rogatus ff. ad Trebell. & in terminis notat M enoch. conf. 173. n. 75. vol. 2. & de præsumption. præsumpt. 79. n. 5. Molin. d. cap. 3. n. 30.*

193 Ultimum fundamentum, bene etiam colligitur ex alijs verbis dictæ legitimacionis relatis jam supra, ibi: *On a outras quaequer pessoas, que algum direito hajão em os ditos bens. Quæ particulæ (quaequer pessoas) cum sint generales, & universales omnes comprehendunt, & eos, qui jam habebant jus quæustum in maioratus successione, & cum transversales habuissent tale jus, ut notatur proxime, Princeps in dicta legitimatione noluit eis præjudicare, & ita expressit per verba supra relata.*

194 Quæ verba cum sint generalia, generali-

ter sunt intelligenda. L. 1. §. quod autem ff. de aleatoribus, L. in fraudem, ff. de testament. milit. Afflict. decis. 319. num. 2. Surd. decis. 122. num. 1. & cons. 271. num. 28. cum vulgaribus.

Vnde licet Princeps in aliquorum opinioni possit absque causa legitima, & citatione substitutorum illis in jure ad maioratus successionem in spe quæsto præjudicare, nunquam liberaretur à peccato mortali, & non est dicendus, quod Princeps Christianus, & Catholicus propter aliquos subditos, & vassallos voluisse concedere aliquam legitimacionem cum dispendio suæ salutis æternæ.

Et in meliore opinione tenent DD. quod Princeps tale facere non posse, & ei negant hanc potestatem; quia solum ei conceditur illud, quod justum, & honestum est, & quæ absque peccato, & tyrannide exerceri possunt, ut bene arguit Molin. de primog. d. lib. cap. 3. n. 27. & 28.

Ergo bene sequitur, quod quamvis Princeps in verbis dictæ legitimacionis hoc voluit exprimere, nullum præjudicium inferre noluisse maioratus successoribus, jus in dicto maioratu quæustum habentibus, quamvis antiquitus à primo institutore, & non à patre legitimati filij proveniebant, & ita nil de bonis suis acquirebant, sed de bonis primi maioratus fundatoris, secundum L. unum ex familia §. si de falcidia ff. legat. 2. Decius cons. 445. num. 23. Covas lib. 3. var. resolut. cap 6. num. 10. Pinel. in L. I. p. 3. num. 48. Cod. de bonis matern. cum vul-

gar. Accedit pro hac etiam parte Actoris legitimi sententia prolatæ in domo supplicatio-
nis anno Domini 1660. ut fol. 203. & vers.
ubi pro transversali legitimo in eo dicto
gradu cum filio legitimato Senatores eximij
sententiam protulerunt, ut ibi apparet; &
casus similis decisus in supremo Senatu fa-
cit jus ad alios similes, ut eo dicto modo
sententia proferatur, L. filius ff. ad Legens
Cornel. de falc. Sousa de Macedo decis. 9. n.
23.

Et tantam vim habet judicatum in su-
premo Senatu, quod facit legem, ut eo dicto
modo judicetur. Cab. dec. 212. 1. p. Gam. dec.
228. L. I. §. ait sextus, ff. ad Sillenian. L. I. ff.
de officio præfect. Prætor cap. cum in causis
extra de sententia, & rejudicata, Lara de vi-
ta hominis cap. 1. num. 58. & quod sententia
supremi Senatus semper debeat observari,
tenet Themud. dec. 280. n. 8. 3. p.

Quibus præhabitibus fundamentis, intelle-
ctus me duxit, ut pro Actore legitimo, & à
maior-

maioratus institutore proveniente, & cum legitimato in eo dicto gradu existente sententiam dicam, sententiam Iudicis, & Auditoris revocando; atentis etiam rationibus à doctissimo Patroxo relatis fol. 163. & sequentibus. Portu 28. Januarij 1674. Doctor Fonseca de Azevedo.

201 Paucratiastes plusquam olimpiaco pulvere in praesenti collegisse juvat, adeo quod nostri peritissimi ductores tenebrarum omniam floribus, & studijs sole claroribus redigunt nemora, quamvis inculta, proprijs studijs manifesta, ac radianti luce ostendant: montes questionum turbabant scopuli, sed leni animo quando de apicibus juris decidunt, videntur sagitta de pharetra exire.

Ita in praesenti in hac eximia, strictaque disceptatione in jure nostro, nondum ab omnibus ultimo decisa, sed varijs ambagijs à multis scribentium morsus passa est; hac de causa istis deliberationibus inter se dimicantibus, primò divino Numinis auxilium implorare debemus; fretus igitur sua illa incomprehensibili misericordia, quam nobis irrogare desideramus, dicere ausus sum; quis poterit cogitare mentem tuam nisi dederis Spiritum Sanctum?

202 Quapropter quamvis indignus, attamen ratione nostri munieris, hanc questionem dirimere tenemur, non parvo labore adhibito, sed sola consideratione juris terminata; sic se habet.

De facto igitur non dubitatur, imo à nostris erudito calamo nihil defuisse videtur; unde nobis solum suffragium proprium de jure interponere licet.

Visa namque institutione, quam in praesenti pro lege servare debemus, ex Auth. de nupt. §. disponat, Cabed. dec. 121. 1.p. Phæb. dec. 39. 1.p. relata à precedentibus deliberatione; primus institutor vocavit fratrem suum Dominicum Nunes da Costa, & deinde ejus filios, por linha direita, cum prælatione masculorum, exclusis Monachis, & Clericis.

Cum vero prima vocatio sit forma, & norma pro alijs sequentibus, eodemque modo, quo se habuit in prima vocatione, ita videtur se habuisse in sequentibus, ex dictis à Bartol. in L. fin ff. ad Treb. Valasc. consult. 171. num. 2. & 6. & quando verba sunt clara, & manifesta, otiosum est de illis disputare, ex Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 50. num. 1. & 2. Giurb. ad Senat. Stat. Messan. cap. 2. gloss. 15. n. 16. Pereir. de revision. cap. 31. num. 13. Castilb. cum multis tom. 5. cap. 39. n. 1. & 2.

204 Per mortem vero istius primi vocati majoratum consequutus est ejus filius Georg-

gius da Costa de Mesquita, quem per multos annos possedit, & ultimo decepsit sine successione legitimam; imo reliquit filium naturalem, & legitimatum per Principis rescriptum in forma communis hujas Regni, qui nunc in possessione est maioratus.

Auctor vero suam actionem proposuit fatus illa prerogativa legitimatis, & in eodem gradu cum Reo legitimato, proximiorque ultimo possessori, tanquam filius Margaritæ Rabella de Muralles filia primi vocati successoris Dominici Nunes da Costa, & nepos ex fratre ultimi possessoris Georgij da Costa de Mesquita.

Non facile dubium venit disputandum ob scribentium diffisionem, contrarietatemque deliberationum precedentium, tot iuribus, & DD. pro una, & altera parte nervosum decisum.

Sed cum tota questione consistat inter legitimatum, & legitimatum, qualis nempe eorum preferendus sit, aliquid, & difficilimum ipsam questionem venit decidenda secundum DD. opiniones.

Vnde Reus per totū suum fundamentum probare ostendit, esse legitimatum per Principis rescriptum, & ita debet regulari effectum excludendi Auctorem, tanquam substitutum, vocatum in defectum prolis ultimi possessoris, & quod talis legitimatus consequitur omnia jura legitimis concessa, & dicitur de linea recta patris, & de ejus cognatione, & agnatione, & familia, & quod vocatione solum de filiis si pliciter agit, & in illo legitimatum comprehendit.

Sed ego, visa forma institutionis in terminis, de quibus agimus, adhaerere non possum opinioni DD. pro legitimato; & moveor ex sequentibus.

Primum fundamentum. Verum est, quod secundum jus commune filius naturalis legitimatus non succedit in maioratu, nec excludit substitutum, quando de voluntate institutoris, vel concedentis non apparet aliqua conjectura, vel presumptions evidentes concurrunt, quod ita noluit, ex Flores de Mena variar. lib. 1. q. 16. num. 14. Valasc. tom. 2. q. 129. num. 13. Phæb. 1.p. dec. 97. num. 27. ubi num. 2. ita decisum refert Pereir. dec. 14. num. 14. Reynos. observat. 33. n. 10.

Attamen ex nostra institutione non videatur aliqua conjectura, ut ad legitimatum deveniamus; imo interdicitur maioratus ingressus in Clericis, & Monachis, ex eo quia legitimam problem habere nequeunt, ut ex illa probatur.

Hoc procedit quando institutores nolunt ille;

illegitimos vocare; quia viro nobili, & dignitate ornato turpe est habere heredem, & successorem ex illico coitu, qui nobilitatis memoriam conservare non potest, ut in praesenti ex nostro institutore nobili signo Crucis Ordinis militiae Christi insignito. Menoch. de presumptio lib. 4. presumt. 79. num. 13.

¹⁰⁷ Augetur, quando adest illa vehemens ²⁰⁹ presumptio, arcens illegitimum ex eo, quia peti: Principi stemma dos Costas, tanquam descendens illorum, & sem bastardia: quod verbum genericum est, & excludit omnes species illegitimitatis, ex L. infraudem ff. de milit testam. Surd. dec. 122. num. 1. praeceps in hominibus illiteratis; & valde incredibile est, suos descendentes voluisse deteriores cum successore peccati labo maculato; & si interrogatus fuisset, id responderet ex Flores in addit. ad Gam. dec. 2. sequendo opinionem Caldas dicit, esse veriorem, quia in dubio non presumitur, concedentem de his liberis in peccato conceptis cogitasse, maxime ex qualitate personarum; quare in verosimili non creditur, ex Surd. conf. 303. n. 39. L. qui habebat ff. de legat. 3. Farinac. q. 153. n. 76. Menoch. lib. 5. presumt. 20. n. 12. Gratian. dec. 28. n. 7.

²¹⁰ Secundum fundamentum. Filius efficitur legitimus per subsequens matrimonium, quando non adest impedimentum inter unum, & alterum, ex Ord. lib. 2. tit. 35. §. 2. desumpta ex Cap. 1. & cap. tanta, qui filii sint legitimi, §. aliquando, Auth. de nuptijs §. dubitatum colat. 2. Ita est in nostro casu, ubi Georgius da Costa de Mesquita Rei pater legitimare noluit Reum per subsequens matrimonium: quomodo possumus intelligere institutorem voluisse, quod pater noluit, praeceps decidendo illa anxietate, in successione hujus maioratus, jubendo eum decidere per septem litteratos, ut videre est in suo testamento?

²¹¹ Hinc augetur alia conjectura de inquietudine sui spiritus contra patrem decidentem, tam super legitimatione, quam filiatione; quia veram filiationem ex parte patris difficilis probationis reputant DD. ex Valasco consult. 179. num. 7. nec ex actis probatur illis qualitatibus contentis in Ord. lib. 4. tit. 92. Phæb. dec. 68. num. 9. quamvis partes non apposuerunt, attamen sufficit patris declaratio ex dictis à Phæb 1. p. dec. 97. n. 3. attamen hoc intelligitur quoad patrem, non vero quoad alios antecessores, vel institutores.

²¹² Tertiū fundamentū: Ampliatur haec doctrina ex illo vulgari axiomate, quod nemo

potest in alium transferre jus, quod non habet, ex L. commiss aff. public. & vettig. L. fin. Cod. ad Leg. Iuliam mai. Auth. incæstas nuptias, Cod. de incæst. rupt. sed pater non habet jus in bonis restitutioni subjectis; ergo in legitimatum non potest transferre jus, quod non habet.

Corroboratur: pater non potest alienare unam glebam istius maioratus; ergo non potest habilitare unum successorem, alias incapacem, contra formam vocationis; maxime cum sit in præjudicium substituti inauditi, & sine citatione, contra clausulam text. in L. 7. Cod. de jure fisci, L. in concedendo ff. de aqua pluvia arc. L. de uno quoque ff. de re judicat. Gam. dec. 207. n. 2.

Quartum fundamentum. Hac retenta ²¹³ resolutione verum est, quod Princeps in concessionem istius legitimationis deferre videtur supplicationi impetrantis; at iste solum petere potest, quod potest: sed sic est est quod non potest revocare institutionem, augendo, vel minuendo eam; ergo legitimatio solum operatur quantum ipse pater potest, & cum interdicitur successor facultas conditionis, bene sequitur, quod non potest, personam habilitare contra mentem vocationis, ut resolvimus: ratio est; quia quod mihi non licet, per alienum nomen mihi non competit, ex Cap. quod alicui de regul. juris in 6. cap. sicut non suo 44. distinct. atque pater per se novare aliquid non potest; ergo per Principem minime potuisse videtur, ex eo quia legitimatio supplicationi, vel petitioni impetrantis adhæret.

Quintum fundamentum. Magnum dis- ²¹⁴ crimen considerare debemus inter filium carnalem, vel mentalem, ita ut in successione maioratus veniat filius mentalis, suam mentem institutores declararent, lineam re- etiam intelligere debemus de legitimo, & non de legitimato, quia si interrogatus fuisset, idem diceret, ut resolvimus, maxime cum percautum fuerit in acquisitione stemmatis, & sem bastardia, ut probatur per institutionem.

Sextum fundamentum. Retenta hac op. ²¹⁵ nione verum est, quod nativitas istius legitimati nullum præjudicium intulit substituto, in quo erat jus radicatum in maiora, & solum per legitimationem jus dubium efficitur, sicut DD. opiniones contrarie sequentium legitimatum non succedere existimant, cum vero resolutiones Theologorum; nec Deus Optimus Maximus cum omni sua Omnipotentia potest facere, quod non sit factum, quod antea factum erat; ergo nec Princeps potest tollere jus radica-

cum in substituto post nativitatem legitimati, maxime cum ita cautum fuerit per Principem in d. &ta legitimatione, ibi: *Sem prejuizo de terceiro.*

n. 16 Negare non possum, quod supremus Princeps legitimare potest naturalem cum præjudicio substituti, & hoc debet esse causa publicæ utilitatis; sed tamen deest in ipsammet illegitimatione specifice manifestare causam illius motionis, vel præjudicij ex *Flor. ad Gam. dec. 279. vers. quinto concl. 6.* Ratio est; quia regia maiestas nunquam intendit juri alicujus quærendo præjudicare ex causa de præterito, ex *L. 2. §. si quis à Principe ff. nequid in loco publico. L. ultim. Cod. de nat. liber.* & solum per viam legis potest tertio præjudicare. *Surd. conf. 210. num. 63. lib. 1. Cancer. variar. tit. 3. cap. 3. n. 29.* sed in praesenti sumus extra hanc quæstionem, quia sicut ex legitimatione constat, nulla datur Reipublicæ utilitas, nec causa præjudicij manifesta invenitur; ergo, &c.

n. 17 Falsitur hæc assertio; quia impedimentum legitimatis, vel illegitimatis provenit, & inventum fuit à jure Civili, ex *textu in Lex factio in principio ff. vulgar. & pupillar. substit. Castilh. lib. 4. cap. 21. num. 64.* & ita restituit legitimatum natalibus, & cum hoc impedimentum proveniat à jure Civili, Princeps illud derogare potest, auferendo substituto jus quælitum, vel quærendum, ea tantum declaratione, quod in his terminis tenetur Princeps satisfacere, & integrare læso; quæ quidem resolutio communis est, ex *Covas variar. lib. 3. cap. 14. num. 3. Molin de primog. lib. 1. cap. 8. num. 31. Pinel. in rubrica de rescindend vend. 1. p. cap. 2. n. 2. Cab 1. p. dec. 151. num. 6. & p. 2. dec. 10. num. 6 & decif. 18. num. 12. Valasc. tom. I. consult. 72. n. 10. & 22.*

n. 18 Ratio in eo consistit; quia nulli juri consentaneum est, quod Princeps rem meam sine facto meo à me avellere possit (salva iustitia) & si fecerit necessitatis causa, mihi solvere tenetur, ex *L. venditor § si constat ff. comm præl. L. Lucius ff. de victionibus, & DD. supra relatis.*

n. 19 Sed quamvis hoc sit de jure communis, at tamen in praesenti adaptari non potest, quia sumus in maioratu antiquo, ubi institutor de linea recta solum curavit; & voluntates disponentium, & suum j. is cōmune servare debemus, tanquam legem, ex *d. Auth. de nuptijs, & ita resolvimus.*

n. 20 Septimum fundamentum. Ad hoc ut legitimatus possit succedere in bonis malorum, vel feudis antiquis, virtute sue legitimi-

mationis præcise, & necessario tenetur Principem certificare de substituto gravato, vel solum aliquo modo apparere debet, Principem certiorem fuisse de gravamine illico substituto, ex *Aretin. Socin. junior conf. 49. num. 41. lib. 2. Decius conf. 90. num. 26. lib. 2.*

Attamen Flores de Mena ad *Gam. dec. 2.* affirmat quod legitimatus tenetur citare substitutum, lias si non citat excluditur, ex *Gam. dec. 11. num. 4. & dec. 134. num. 2. & dec. 278. num. 31. in fin Valasc. tom. 2. consult. 135. num. 7. & 13. Cabed. 2. p. dec. 69. n. 3. Phab. 1 p. dec. 97. num. 28. & 2 p. dec. 172. num. 50.*

Quamvis in hac materia non deficiant contradictores, attamen communis, & vera opinio est, quod legitimatio facta à Princepe supremo requirit citationem substituti, & illarum personarum quas præjudicare intendit, quamvis patre superstite fiat legitimatio ad illa bona, in quibus ipse patet non potest libere disponere. Ita *Decius conf. 85. num. 8. vers. postremo, Socin. junior conf. 14. num. 3. lib. 2.* quamvis aduersus hanc sententiam objici possunt LD. sequentes aliam opinionem, quibus erudite responderet *Ruin. conf. 7. n. 33. lib. 1.* quem refert *Mantic. de tacitis tit. 12. n. 15.*

In his igitur terminis resolvit *Gail. practic. lib. 2. observat. 140. & 142. num. 15. ad fin.* qui plures refert, quod Princeps non potest legitimare naturalem, ut succedat in bonis restitutioni subjectis in præjudicium substituti, cui ex pacto, & providentia jus quælitum est, adeo quod substituto teneatur satisfacere, ex *Pinel. in rubrica de rescind. vend. 1. p. num. 2. Valasc. supra consult. 72. num. 10. Molin de primogen. lib. 1. cap. 8. num. 31. & supra diximus.* Ratio est; quia sublata restitutione visum non est tertio præjudicare.

Ottavum fundamentum. Legitimatio autem Regis, & Rei habet illam clausulam nempe, ibi: *Mas nam he minha tençao por ella ser feito prejuizo a alguns herdeiros lidimos se os ouver.* Vnde infertur, noluisse Principem juri substituti, & legitimato præjudicare. *Tiraquel. in L. si unquam verbo omnia, vel partem aliquam, num. 14. Seraphin. dec. 144. num. 6. Thuse. practicab. conclus. tom. 1. littera C. conclus. 330. Farin. dec. 226 tom. 1. p. 2. Ramon. conf. 1. n. 31.*

Hæc clausula reddit decisionem in praesenti indubitatam, quia ex illa manet substitutus illæsus; nec Princeps voluit ei præjudicare, imo illi conservat omnia jura in illis bonis, in quibus pater legitimati tau-

tummedo habet usumfructum, & restitu-
tioni subjectis, ex *Paulo de Castro in L. Gallus*, §. & quid si tantum, num. 16. in fin ff. li-
beris, & postb. *Decius conf. 576. num. 6. Par-*
ris. conf. 14. num. 44. Felin. in cap. cum olim,
num. 17. & re judicata Berous conf. 177. num.
74. lib. 2.

Nonum fundamentum : Legitimatus
namque cum dicta clausula, ut in prælenti,
solum videtur habilitatus ad succedendum
secundum patris voluntatem, vel dispositio-
nem, vel permissam ; at vero contra illius
voluntatem nihil consequi posse, affirmat
cum infinitis *Mantic. de conjecturis ultimis,*
voluntat. d. tit. 22. n. 158.

Idem affirmit *Cald. in L. si curatorem, ver-*
bo sine curatore, num. 58. vers. adverto ultimo,
Cod. de in integr. restit. quid Princeps nun-
quam videtur præjudicare tertio, qui in bo-
nis restitutioni subjectis jam habet jus
quæsum, vel quærendum ex causa tantum
de præterito, veluti ex causa fideicōmissi ;
*ubi citat *Augustin. Ruin.* & in vers. cæterum,*
dicit omnem difficultatem cessare propter
prædictam clausulam, quia ostendit Princi-
pis legitimationem non posse aliquid opera-
ri in præjudicium tertij.

Sed obstat, quid prædicta clausula debet
intelligi respectu descendantium, vel ascen-
dantium, non vero de transversalibus, ex di-
ctis à *Cald. conf. 4. num. 16. Cab. 2. p. dec. 69.*
num. 4. Cardo. in præt. verbo clausula, n. 32.
Sed breviter respondeatur, quid hoc proce-
dit in bonis patris descendantis, in quibus
nullum jus habent transversales, sed so-
lum descendentes, vel ascendentes : eo di-
cto que modo in bonis vinculatis restitutio-
ni subjectis, ubi legitimatus post mortem pa-
tris nullum jus habet, & statim deferuntur
proximiori in gradu, ex text. in *L. ut vim in*
princip. ff. iust. & jure, Avendano. responso-
rum tit. de las excepciones num. 6. Gail pract.
lib. 1. observat. 3. num. 3. in istis vero nullum
jus habet, nec habere potest virtute suæ le-
gitimationis.

Decimum fundamentum : Fateor etiam,
quid legitimatus per legitimationem reddi-
tur legitimus, & æqualiter cum alijs filiis
admittitur ad successionem paternam, tan-
quam legitimus secundum *Alex. in L. ex fa-*
cto ff. de vulgaribus, & in his terminis pro-
cedunt omnia jura, & opiniones DD. te-
nentes contrariam.

Sed hoc limitatur in hoc Regno, unde
legitimaciones vocantur dispensationes ad
hoc, ut possint parentibus succedere, tam
ex testamento, quam ab intestato in bonis re-
lictis illis à quibusunque personis: optime

Pars II.

Cab. 2. p. dec. 69. num. 15. & quid legitima-
tiones sint vere dispensationes in nostro
Regno, & secundum illas vere dicantur dis-
pensati secundum communem usum lo-
quendi, patet ex dictam legimatione in
*primo verbo, ibi (*Dispensatio*] sequitur *Cald.**
nil si curatorem, verbo sine curatore, num. 42.
52. 55. in fin. & 56. Cod. de in integr. restit.
& de nominat. q. 21. num. 64. & quæst. fo-
renſ. lib. 2. quæſt. 58 num. 23. & conf. 4. n. 16.
*vers. ultim. *Gam. dec. 11. num. 4. & dec. 134.**
*& 383. num. 7. *Valasc. tom. 2. consult. 165. n.**
*6. 7 & 13. & de part. cap. 13. num. 32. *Petr.**
Barbos. in L. que doris, num. 177. ad fin ff. so-
lut. matrim. Cab. 2. p. dec. 69 num. 3. & 9.
Phæb. 1. p. dec. 97. num. 28 & 2. p. dec. 172.
num. 22. Card. in prax. verbo clausul. n. 32.
Ratio est; quia iste dispensatus in forma
communi hujus Regni, dicitur legitimatus
quoad certos casus in ipsa legitimacione co-
tentos; tunc restringitur, & verè legitima-
tio dici non potest. *Garc. de nobilit. gloss. 21.*
num. 76. Gail practicar. lib 2 observ. 142. n.
17. late Covas de sponsalibus p. 2. cap. 8. §. 8.
n. 1. cum seqq.

Vndecimum fundamentum. In his ter- 230
minis omni dubio caret, Reum legitimatum
in forma communi hujus Regni non posse
excludere substitutum legitimum per lineam
rectam primi institutoris; quia legitimatio
sua limitata invenitur ad casus in illa ex-
pressos, & solum operatur per mortem pa-
tris in suis bonis, non vero in illis, qui pro-
veniunt à primo institutore secundum *L.*
unum ex familia, §. si de falcidia, ff. leg. 2.
Ratio est; quia à præteritis non datur poten-
tia ex Theologis, ut supra; quapropter Reus
debet regulare tuā legitimationem in bonis
dumtaxat in quibus ipsius pater habebat li-
beram potestatem ex doctrina *Paul. de Ca-*
str. conf. 30. lib. 1. Decius conf. 258. Cab. 2. p.
dec. 69. n. 3. & 7.

Non dubito quid isti dispensati possunt 231
excludere agnatos, & cognatos, & alios
transversales in bonis proprijs ipsius patris,
& aliarum personarum, quæ volant illis re-
linquere, ex *Alexand. lib. 1. conf. 2. Decius*
conf. 307. Salicet. in Autb. item sine Cod. de
naturalib. liber.

Ratio est; quia in istis bonis quæ sunt de
familia, agnatione, & cognitione, ut resol-
vunt DD. supra eodemque modo possunt
succedere in maioribus, vel fideicōmissis
ab ipso parente, vel alijs personis institutis;
sed non in maioratu antiquo de familia, vel
providentia; quia in istis bonis datur diver-
sa ratio: quia legitimatio nulla censemur res-
pectu substituti. *Garcia de nobilit. gloss. 21.*
num. 76.

num. 28. Peregrin. de fideicomm. art. 6. num. 8. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 9. tit. 6. num. 8. & seqq. Surd. dec. 93. num. 18. 19. in fin. late Castilh. lib. 3. controversial. cap. 106. n. 4. 13. & 40. Gutierr. de matrim. cap. 74. num. 26. & 28. Castro in prax. 2. p. lib. 1. cap. 2. num. 3.

Vnde venit, quod legitimatus vere, & naturaliter, & non dispensatus in forma hujus Regni succedit tanquam legitimus, & naturalis, ex Bartol. in L. nuper in fin. Cod. de naturalib. liber. & in L. is qui pro emptore quæst. 3. vers. item queretur, ff. de usucaption. & excludit substitutum, & facit omnia tanquam legitimus naturalis, ex Ias. Soccin. Alex. in rubrica de liberis, & posthum. Cabed. supra dec. 69. n. 2.

Sed attamen in dispensatione in forma hujus Regni, tanquam restrictiva ad certos casus non excluditur substitutus, nec operatur illam prærogativam legitimatis vere, & realiter, Costa in §. & quid si tantum, 3. p. n. 23. Cab. ubi supra n. 3. & 9.

Duodecimum fundamentum: quod dispensati non faciunt deficere conditionem (si sine liberis) nec excludunt substitutum legitimum tenet Garc. de nobilitate gloss. 21. num. 4. Menoch. de presumptionibus lib. 4. præsumpt. 79. num. 47. & 71. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 3. num. 38. Covas de sponsalibus 2. p. cap. 8. §. 8. Paris. conf. 14. num. 45. vol. 2. Succin. in L. Gallus, §. & quod si tantum ff. lib. & posth. nec clausula apposita in dicta legitimatione, id est, de certa scientia, poder Real, & absoluto, valet ad effectum præjudicandi tertio, quia illiditur per aliam, id est: *Que nam he sua tençao prejudicar he;* nec regulariter operatur ad aliquod præjudicium. Burg. de paz. conf. 25. num. 45. Menoch. conf. 1. num. 431. Seraph. dec. 182. n. 8. Seffe de inhibitione cap. 4. §. 3. num. 14. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 23. Thusc. litter. C. conclus. 3. n. 340. cum seqq. Marta de clausulis p. 1. clausul. 72. n. 10.

Idem procedit in clausula de motu proprio legitimationi adhærente, quia tanquam præcedens non præjudicat substituto, nec ex illa sequitur aliquod præjudicium ex notatis à Gigas de pensionibus quæst. 29. num. 4. & quæst. 77. num. 3. Brun. à Sole in locis communibus, verbo clausula, n. 23. Menoch. conf. 36. num. 65. & conf. 202. numer. 8. & 82.

Decimum tertium fundamentum. Hinc venit disputa quæstio illa tractata à Gom. in L. 40. Tauri num. 71. utrum pater possit privare filium primogenitum jure maioratus, & primogenituræ? Vbi dicit quod non,

nisi ex magna causa, per quam posse eum exhaeredare, & privare sua legitima; & ibi allegat jura, & DD. & tandem concludit, quod potest, præcipue in maioratu ab ipso patre instituto ob offensam illi factam, quævis maioratus sit irrevocabilis, secus vero si proveniret ab alijs ascendentibus, quia tunc non potest eum à tali jure privare.

Ratio hujus dissentionis est; quia in maioratu ascendentium pater non habet aliquod jus, quia istud filius recipit à primo institutore, ex L. unum ex familia, §. si de falcidia ff. leg. 2.

Ita in præsenti, sicut pater si habuisset prolem legitimam (quamvis ingratam) ei adimere non potuisset maioratum ab antecessoribus provenientem; ita & pater in maioratu ascendentium non potest filium, alijs incapacem, eum capacem efficere; ubi datur ea dicta ratio, eadem juris dispositio esse videtur, ex L. illud ff. ad Leg. Aquil. Surd. de alimentis tom. 1. quæst. 12. n. 1. & 8.

Decimum quartum fundamentum: Quævis incapacitas medij temporis non noctat, quia retrotrahit actum ad principium perfectionis, L. retro, & ibi DD. ff. de captiv. & post lim. reversis, Bald. cons. 23. & seq. volum. 4. sed fictio legis, vel legitimationis locum non habet, nec retrotrahitur in præjudicium tertij, cui medio tempore jus quæsumum, vel quærendum inest, ex L. stipulatio de dote ff. de jur. dot. necessario requiritur, quod hæc duo extrema sint habilia, & quod inter illa aliquod jus speciale non concurrat, quod semper impedit fictionem retrotractionis, & obviat conjunctiones extermorum. Cap. per duas de conl. apposit. cap. si per te, cap. quamvis de rescriptis; præsertim quando vigore juris intermedij aliquod jus fuit, quod si jam in se formatum est, extrema conjungi, & fictionem retrotrahi in præjudicium tertij impedit. Ita Bartol. 14. son. Mathiens. & alij citati à Menoch. lib. 2. præsumptione 9. num. 15. affirmat, quod licet restitutio deportati à Princepe facta, restituat atque reponat restitutum illum in pristinum statum, tam quoad honores, quam quoad bona, L. 1. 2. & final Cod. sent. pass. attamen restitutus iste non recuperat jus medio tempore in alium translatum aliquo modo, cum illi censeatur jam quæsumum, quod auferre Principem noluisse, multis affirmat Menoch. conf. 186. numer. 10. & 11.

Ex quibus evincitur, quod noster legitimatus non potest præjudicare juri quæsito substituto medio tempore sue nativitatis, usque ad legitimationem concessam, cum

tum in illo medio tempore jus quæsitum fuit substituto, & minimè possumus affirmare, quod illa duo tempora conjungi posse; quia quamvis primus tempus habile sit in deportato, & secundum Principis restitutionem enim habilitet, & jus medij temporis quæsitum substituto non auferatur; ergo à fortiori in legitimo, cui primum tempus habile non fuit in nativitate, quamvis deinde legitimatus, quomodo potest jus quæsitum substituto auferri?

137 Decimum quintum fundamentum: sed ne aliquid omittatur, videndus est Pegas tom. 2. ad Ord. regiam lib. 1. tit. 3. §. 1. n. 221. ubi pro constanti tenet, respuendos esse legitimatos, quamvis num. 212. aliud sentiat inter terminis Gam. dec. 278. num. 4. & 5. ad finem; sed tandem concludit sentire pro nostra opinione: *Quod si soror legitima esset, consobrina legitimata eam non excluderet, quod mihi non displicet, cum non videam sanc congruam rationem;* & num. 214. ibi partem affirmativam amplector in illis castibus, in quibus aliquo modo legitimo constituerit, institutorem voluisse excludere illegitimos, quantumvis legitimatos; & ibi allegat Molin. Mantic. Menoch. Faquin. & quamplurimos.

138 Constat namque de varijs conjecturis in nostro institutore, voluisse illegitimos excludere, ut supra retulimus, præcipue in Stemmate Dos costas, & sem bastardia por linea direita, cum exclusione Monachorum, & clericorum, ratione legitimæ proliis indigentiae, cum prælatione masculorum; & ita debemus intelligere de filio mentali, non vero secundū carnem de filio, vel successore insuccessibili, ut naturali respectu nobilitatis patris, quamvis dispensatio ad successionem tantummodo paternam; non vero de alijs bonis ab institutore antiquo, in quibus possessori nulla datur facultas disponendi, variandi, alienandi, & similia de quibus supradiximus.

139 Ultimum fundamentum. Non omissam illud non illepidè per Craveto relatum à Valens. conf. 159. num. 32. ubi infirmus vel vulneratus occultando morbus medico, vel chirurgo vulnus, mortuus est: ita in praesenti, quia dispensatus æquiparatur infirmo, vel vulnerato, impetrans tenebatur specificare Principi morbum, vel vulnus, id est, quod habebat bona in duplice capita divisa, nempe vinculata, & restitutioni obnoxia, & deinde alia bona propria sua; cum que supplica, vel petitio sit tantummodo de bonis proprijs ibi (*sua fazenda*] ut patet fol. 69. v. bene sequitur quod de alia usu-

fructui destinata, vel restitutioni obnoxia dispensationem non impetravit, & ita indisponsatus remansit Reus quoad maiorum in praesenti, & mortuus ratione taciturnitatis morbi, vel vulneris. Ita probatur per multa jura, & DD. à dicto Valensuela supra citato loco, & exinde multis rationibus.

Ne tandem incidamus in illa afflictione 240
vel anxietate Isaac, Genes. cap. 27. n. 22.
ibi: *Vox, quidem, vox Jacob est, sed manus,*
manus sunt Esau: ita in praesenti, vox quidem vox filij insuccessibilis est, sed manus habet pilosas legitimationis. Quare judicatum revocarem. Portu. 26. Februarij 1674. Fonseca.

A qua sententia fuit gravamen inter- 241
positū ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata, Iudices Gouvea, Cardoso: & fundata fuit in deliberationibus sequētibus.

Erudita sane hinc inde patrocinia singulari voluptate mentem delinierunt; dictu mirum, quantum jurisprudentiæ ex præ-acutis effulgeat suffragijs, adeo, ut potius discendi, quam dicendi præbeatur ansa; deliberandi tamen impositum munus mihi inest.

Conqueritur Dominicus ultimi maio- 243
ratus possessoris filius per rescriptum regale legitimatus fol. 60. eo quod per inferiorē Aulam excludatur à successione primogenij per Franciscum militiae Christi equitem instituti, admisso ad eundem Francisco ex Margarita sorore ultimi possessoris Georgij filio legitimo suscepto.

Hanc controversam materiam difficilem vocat Gam. dec. 278. in principio, profunda dixit Franciscus, controversam Castil. cap. 84. num. 1. prolixam Afflictis dec. 386. n. 8. altissimam Fusar de substitut. q. 407. in principio; & tantum quæ veram causæ decisionem attento nostro jure municipali spe-
tant, breviter præstringenda sunt.

Non potest dubitari, legitimationem filio naturali à Principe indultam, & quibus cunque clausulis munitam esse dispensationem, ut taliter legitimatus parenti succedat ab intestato. Valasc. conf. 165. num. 7. & de partit. cap. 12. num. 42. Cabed. 1. p. dec. 69. n. 3. Gam. decis. 11. Cald. à n. 2. in L. si curatorem, verbo sine curatore, n. 51. & 52. Phæb. dec. 172. num. 5. Barbos. in L. quæ dotis num. 64. ff. solut. matrimon. Gratian. cap. 138. n. 41.

Deinde prævia legitimatione naturalis 245
filius dispensatus, ut succedere valeat in bonis, quæ eidem in testamento fuerint adscripta. Collegameus Carvalho in cap. Rainal-

dus 1.p. n. 532. de testam. Cabed. dec. 69.n.
3 Gam. dec. 10. n. 4. & 2. nec Princeps
in præjudicium tertij intelligitur, plenariam
legitimationem, app sita clausularum exu-
b rantia, indulgere, nisi de eo fuerit cer-
tioratus. Gam. dec. 276. rum 16. Peregrin.
defideicomis art. 23 n 75. Portugal, col-
lega noster, de donationibus Reg. p. 2. lib.
1. cap. 16. à n. 41. & ita sancitum reperitur
in Lege Regia lib. 2. tit. 35. § 13. quod non
sit nens Princis exuberantem legitimati-
onem concedentis tertio præjudicare.

246 Planè in maioratibus per simplicem fi-
liorum vocationem, ut est in presenti, legiti-
mati censentur exclusi; verba enim intelli-
genda sunt, quatenus eorum proprio signi-
ficatu patitur L. 1. §. quod autem ff. de aleat
L. cum lege ff testam. per verba autem, filhos,
ab instituente maioratum simpli citer pro'ata
proprie filij ex legi in matrimonio procre-
ati significantur, ex L. filium ff. de his qui
sunt sui; igitur ex tali simplici filiorum vo-
catione per lineam rectam non censetur R.
legitimatus vocari ad successionem maiorat-
us, cum per legitimationem non coitus, sed
filia 10 confirmetur, jure tamen legitimus
dicitur non natura sed gratia, non genera-
tione, sed regeneratione, non felicitate
resciscendi, sed dono Principis, ut ratio te-
neatur. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 16. defini-
tione 5. n. 7. in allegat. unde aggravantem
excluderem à successione, non enim maioratus
à patris hæreditate provenit.

247 Praelertim cum in ea legitimatione non
detur cohærentia illa personarum, quæ di-
rectam lineam constituunt, nec sit de fami-
lia, nec in eo perpetuetur nobilitas institu-
entis, quæ omnia in aggravato reperiuntur,
& illius juri in spe certa habente causam de-
præterito exuberantia legitimationis præ-
judicium inferre nequit, ut evidenter ostendit
ur in docto patrocinio pro eo præstito;
laudetur ex omnibus judicatum Vlissipone
15. Julij 1674. Cardoso.

248 Trivialis quæstio meo judicio decidenda
proponitur, ad cujus resolutionem hos
litigantes in facto, & cognatione tam res-
pectu institutoris, quam ultimi possessoris
conformes invenio: A. & R. sunt ambo
neptotes Dominici primo loco invitati ab
institutore fol. 27. qui Dominicus ipsius in-
stitutoris frater erat; Actor, & Reus pa-
trueles sunt, & Iobrini ultimi possessoris,
per legitimam cognitionem; Reus vero fi-
lius naturalis ejusdem.

249 Quare tota difficultas versatur circa
utrumque jus in successione maioratus, de
quo agitur; illius decisio pendet ex institu-

tionis forma, fol. 27. quæ est lex secundum
quam præsens successio regulari debet. Ord.
lib. 4. tit. 100. §. 3. & ex legitimatione fol.
66. in duabus punctis examinandis præsens
controversia te minanda est.

Primum, an in successione maioratus in
hoc Regno admitti debeat filius naturalis
ultimi possessoris in defectum legitimorum,
exclusis collateralibus institutoris cognatis,
& primi vocati descendantibus, licet remo-
tores sint respectu ultimi possessoris?

Secundum, an filius naturalis per Prin-
cipis rescriptum legitimatus illos collate-
rales excludat?

Quoad primum, dico, & respondeo di-
stinctionis fædere, nempe aut illegitimi
ab institutore ad successionem reperiuntur
vocati in possessione, aut exclusi etiam à pos-
sessione, aut vero nec vocati, nec exclusi in
institutione inveniuntur. Primo casu, quan-
do vocati in possessione fuerunt, non est du-
biu[m] institutoris voluntatem esse sequen-
dam, & filium naturalem esse admittendum.
Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3. Molin. de pri-
mogen. lib. 1. cap. 4. n 45. eleganter Cassi-
lho lib. 5. controversiar. cap. 82. num. 41.

In secundo vero casu, ex eadem ratione
viribus, & DD. esse excludendos; in tertio
vero etiam non admittendos dubiari non
licet. Fundamentum est; quia maioratus na-
tura postular, ut successio illius derivetur
in personas, per quas familia institutoris
conservatur, ut illius splendor resplendat,
quod nullo modo per filios spurios, sive na-
turales derivari potest, ex mente omnium
Doctorum quos refert, & lata manu seq[ue]-
tur Castilho dicto lib. 5. cont oversiar. cap.
82. num. 41. & 43. Molin. ubi supra, & lib.
3. cap. 7. num. 4. Mier. de maiorat. p. 2. q.
2. num. 1. & 2. hanc resolutionem esse in
Hispania communissimam, testatur idem
Castilho num. 41. vers. ex his; & in nostro
Regno idem dicendum testatur Percir. dec.
14. num 4. in illo namque inter nobiles vi-
ros non datur jus successionis hæreditariz
inter cognatos, legitimos, & illegitimos,
sive naturales, ut patet in expressa Ord. lib.
4. tit. 92. §. 1. vers. & falecendo, ibi: Sem
testamento herdaram seu bens os parentis
mais chegados, & naõ os filhos naturais
Ord. lib. 5. tit. 92. §. 4. ibi: Com quebra
de bastardia, Phæb. 1. p. dec. 97. per totam;
ergo à fortiori illis debet denegari suc-
cessio maioratus, cuius substantia est fami-
liae splendor, ac nobilitas.

A deo jus nostrum Regium abhorret;
successionem illegitimarum nobilium res-
pectu legitimorum, ut licet de jure com-
missari

muni Romanorum pater posset, si voluisset, etiam extantibus filiis legitimis, naturalibus relinquere unam unicum hæreditatem juxta texum in L. 2. Cod. naturalibus liber. authent. quibus modis naturales efficiant. sui §. discretis collat. 7. Castilho lib. 5. controv. cap. 82. n. 43. & ab intestato filij naturales legitimis non extantibus patri in duabus uincis succedunt, authent. licet. Cod. naturalibus, liber. idem Castilho ibi proximè num. 43. vers. ab intestato quæ successio, lex Regia dicto lib. 4. tit. 92. §. 1. non admittit, imo filiis naturalibus exclusis collaterales patris admisit, ibi: *porque os filhos naturaes não podem herdar ab intestado seu Pay.*

253 Nec contrarium suadet Ord. lib. 4. tit. 36 §. 4. ibi: *Ainda que seu Pay fosse Cavaleiro*, ubi ad successionem emphiteusis admittitur filius naturalis nobilis, quæ similitudinem habet cum successione maioratus, & valet argumentum de uno ad alterum, quia respondeatur cum Pereir. dec. 14. num. 7. cuius intelligentiam amplectuntur DD. & Castilho dicto lib. 5. cap. 82. n. 42. vers. præterea, & dubium, & immemorata Ord. agebatur de successione emphiteusis, cuius natura est posse transire ad extraneos, potest pater etiam extantibus filiis legitimis extraneum nominare. Cald. de nomin. lib. 2. 9. 25. n. 30. & 31. Menoch. cons. 41. num. 26. & cons. 61. num. 3. & 4. Phæb. 2. p. dic. 161. n. 11. Igitur nihil mirum si deficitibus filiis legitimis deferatur successio ad naturales, cum sit secundum naturam, & conventionem emphiteusis familiam non sequi, quod etiam in successione nostra admitteretur, voluisset.

254 Cum ergo institutio nostra fol. 27. in invocatione, iive dispositione super quam controvertitur, non inveniantur expresse vocati naturales filij, bene sequitur de jure non esse admittendos, nec verba illa *a seus filhos por linha direita*, sunt inclusiva filiorum naturalium: Castilho dicto lib. 5. cap. 82. n. 23. vers. quo circa, & num. 25. imo exclusiva illorum, attenta qualitate nobilitatis institutoris, ut insinuat idem Castilho dicto vers. quo circa, Molin. de primogenijs Lib. 3. cap. 3. num. 43. Pereir. dec. 14. num. 4. & 5. & maxime considerata dispositione dicto fol. 27. ibi: *Em tanto, que não seja fraude, nem clérigo*, quæ est exclusiva naturalium. Ratio est; quia nec unus, nec alter possunt

contrahere matrimonium, nec prolem habere legitimam, propter quod exclusi fuerunt ab illo, quia familiæ splendorē delgere censetur, consona: Ord. lib. 2. tit. 35 §. 11.

343 Neque dici potest in præsenti duplēcē esse maioratum ex his, quæ Tiraquel. de primog. quæst. 68. & alij quos refert Molin. lib. 4. cap. 2. num. 84 quia præterquamquod DD. prædicti hoc considerent ad effectum ut conjux superstes possit maioratum pro sua parte revocare, non autem, ut post mortem utriusque parentis possit dividi maioratus, nunquam in casu processus dividi posse existimarem, eo quod institutores ambo bona unirent, & sic unica esse desiderent, tunc enim locum non habet divisio, ut limitat Noguerol. alleg. 11. n. 20. & ostenditur ex vulgari principio, quod semper in his dispositionibus disponentium voluntas attendatur, ut late ostendit Peg. ubi supra; neque etiam in contrarium facit quod ibi ait idem Noguerol. dum in prædictis terminis proximiorem cuilibet instituentium admittendum dicit, & si æquales in gradu sint, proximiorem mariti præferendum esse; hoc enim licet in alijs terminis verum sit, nunquam potest proponi in præsentij, cum ad sit neptis utriusque institutoris, in qua plura sanguinis, & consanguinitatis vincula proponuntur, & utrique conjuncta ostenditur per descendantiam, in quibus terminis, ratio, quæ in appellato consanguineo allegatur, duplex in filia appellante conspicitur, & ideo succedit regula text. in §. si vero instit. de adopt. & in Auth. cessante, Cod. leg. hered. & in L. discretum, Cod. qui testam. facer. poss. & in successionis materia considerat Sousa de Maced. dec. 1. num. 25. cum seqq.

344 Deinde etiam si nonnulla inter Doctores inveniatur repugnantia quoad successionem maioratus in filia legitimata, nimis communiter accipitur admittendam esse, si in legitimationis rescripto legatur clausula illa: Para succederem morgados, præcedente clausula: De certa sciencia, & poder Real, ut legitur fol. quod expressè tenet Phæb. d. dec. 97. num. 13. cum alijs quos ibi refert, quibus addo Manticam de conjectur. ultim. voluntat. Molin. Menoch. Cabed. & alios plures, quos plena manu, ut solet, refert Peg. in Cōment. ad Ord. tom. 2. tit. 3. cap. 32. num. 213. ubi ait ita expressè cōfirmari ex Ordinatione, quam singularem appellat lib. 2. tit. 35. §. 12. in illis verbis ibi: Salvo se na legitimaçāo, &c. & ibi: Para que os legitimados puderem haver morgados; quæ verba expressè probant Principem nostrum concedere legitimationes, ut legiti-

matus possit succedere in maioratibus, & quod virtute legitimationis prædictæ non possit succedere in bonis Coronæ, nisi ita etiam expressè exprimatur; ac proinde cum in legitimatione oblata clausulam prædictam habeamus, indubitabilis redditur resolutio, quæ etiam absolute loquendo, & solum absolutam legitimationem attendentes à gravissimis a deo Doctoribus amplectendam esse dicitur.

Denique omisis alijs, si bene testatorum dispositio attendatur, superfluum omnino videtur, quod circa maioratus successionem in favorem legitimatæ consideravimus; quæ enim in hoc punto Doctores scribant, de eo maioratu colligitur, in quo filii legitimati vocantur, & in eorum defectu proximiores agnati; & in hoc sensu quæstio prædicta nonnullam patitur difficultatem propter præjudicium, quod vocatis resultat, juncta clausula in fine legitimationis exposita, quod est totale fundamentum eorum qui legitimatos excludunt, ut late ostendit Gam. d. dec. 278. neque non ex ea ratione, quia institutoris voluntati deficiebat implementum, si vocatis ab eo legitimis liberis, & in eorum defectu agnatis, per legitimatos impletam esse conditionem dicamus, quæ rationes in casu processus non apparent, testatores enim legitimatos non solum non excludunt, neque contra eos aliquam adversionem ostendunt, sed neque etiam filios absolute vocant, neque ullam aliam vocationem faciunt, & ideo pro legitimata stat justitia ex pluribus, & Doctoribus relatis à Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 11. tit. 10. ubi pura ad intentum, maxime num. 22. usque ad num. 25.

Adeo in vocationibus, & conditionibus in maioratu apponi solitis defuisse testatores ostenditur, ut non sine fundamento dici possit, institutum proprie maioratum non esse, non solum propter exiguum bonorum valorem, ut ex actis ostenditur, & propter conditionis vocationes, sive, inquam, vocationis filiorum, lineæ, aut familiæ deficitum, sed quia testatores prædicti, postquam se invicem instituerunt, ut appareat fol. 7. ibi: Instituimos por nossos universæ herdeiros hum ao outro, & depois de pagas nossas divididas, & compridos nossos legados o nosso filho Christovão Pereira; quæ quidem verba hæredem magis in prædictis bonis denotant appellatricis legitimatæ parentem, quam maioratus administratorem, & tunc non est dubium, si hæreditario jure possidere supponamus, legitimatam filiam non extantibus legitimis, posse ad hæreditatem nominari.

Neque

347 Neque obstat quod ex verbis antecedentibus maioratus presumptio oriatur, non solum propter alienandi prohibitio-
nem, sed ex verbis ibi fol. 6. *Vinculamos, & encapellamos*, & ibi: *Como em Capella, & morgado*; quia praeterquamquod illud verbum, *como em Capella, & morgado*, videntur rejicere propriam, & veram maioratus institutionem videntur, certum namque est simile non esse idem, *juxta textum in L. ad similitudinem Cod. de Episc. & Cleric.* & quod si testatores proprium, & verum maioratum instituere voluissent expressissent, & cum in expressione defuerunt, illud voluisse dicendum est, quod minus gravat ha-
redem, *juxta textum in L. unum ex familia ff. de legat. 2. §. si rem, cum alijs de quibus Man-
tic. de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 1. § 8. &
lib. 12. tit. 17. num. 25.* & ideo cum solum alienationis prohibitio appareat a testatoribus imposta, cetera in heredium favorem interpretanda videntur quoad electionem successorum, saltem intra testatorum familiam, & consequenter tollitur allegatum tertij prejudicium, ut est manifestum.

348 Neque etiam in favorem appellati opera-
tur verbum illud fol. 7. ibi: *Passara logo ao parente mais chegado*; ex hoc enim nulla probatur facta vocatio proximorum, cum proposita conditio sive combinatio in odium eorum apponetur, qui bona sibi relictam alienarent, ac proinde nihil habeat cum eo, qui bonorum alienationem non fecit, ut necessarium sibi successorem ex eo tantum capite proximum consanguineum dicamus; verba enim in suo sensu accipi debent, & penes suos tenent Astores, ut sunt vulga-
ria principia; immo verbis illis perpensis, dum possidente bona alienante, proximus con-
sanguineus vocatur, videtur eo casu defi-
ciente, minime in alijs vocari; validum enim est argumentum a contrario sensu; & ex-
cepit regulam firmat in contrarium; res-
que in uno casu prohibita, in alijs concessa
censetur, ut est in jure nostro satis vulga-
re; & ex omnibus in favorem filiae legitima-
tæ contentionis bona possidentis judican-
dum esse deciderem, revocata judicis senten-
cia. Portu die 9. Ianuarij anno 1681. Re-
sende.

349 Satis superque magna eruditione ponde-
rata extat præsens questio a precedenti do-
mino; ita etiam minutatim discussa, ut solet,
quod nihil mihi superest dicendum, quoniam vere, dilucide, & distincte ostendit appellan-
tis justitiam, quæ vero, tam in casu, quo te-
stamentum institutorum validum sit, aut non, patens est; & licet in eo consideretur

maioratus institutio per contractum, vel ulimam voluntatem, consentiente, vel non premitente filio Christophoro patre appellantis, circa suam legitimam jure naturæ debitam, quocunque dato, semper ius, & justitia appellanti assistit ad victoriam ob-
tinendam; cum precedenti Domino liben-
ter subscribo in revocatione judicati. Por-
tu 27. Februarij anni 1681. Rocha.

Secundum ordinem intellectus artis, & 350
disciplinæ, prius est questio, an sit? Et po-
stea qualis sit? In praesenti lite prius est quærere, utrum documentum a fol 5. sit te-
stamentum? Et postea investigare, utrum in eo creatus, & constitutus sit maioratus?

In dicto documento solum invenitur 351
quædam petitio, quædam narratio Christophori Pereira cum duobus testibus in-
terrogatis sine aliqua citatione partis, pro-
curatis ab ipso Christophoro, ut se tutum, &
securum redderet, & ne aliquid in bonis de-
teriori ubi contigisset, prout contingit, ut
cernitur ex appenso.

Quæ versutia plene constat computato 352
tempore asserti testamenti, & mortis testan-
tium, cum tempore sententiae reductionis;
plusquam viginti quinque annis dormivit
Christophorus in moratoria reductione,
substinendo in re tam gravi, ut cernitur
fol. & in paucis annis contigit illud dete-
rius, a quo se securum reddit; de Christo-
phoro dici potest: Hoc est sapere, non quæ
ad pedes modo sunt, sed ea quæ futura
sunt prospere; & inducta ad illum finem,
de se liberando a lite appensa, non debet op-
erari contrarium effectum contra regu-
lam *L. legata inutiliter ff. adimend. le-
gat.*

Agnoscimus fieri posse contractus in te-
stamento, sed omnino negamus interve-
niisse testamentum, duo testes procurati sine
aliqua citatione partis ad finem supra rela-
tum, neque nomen testamenti meretur, &
ridiculosa res foret prejudicium gerere ap-
pellanti cum tali documento.

Ego, ut totum dicam, existimo, quod si 354
doctus appellati Patronus, sine aliqua affe-
ctione legerit deliberationem auream primi
Domini, amplius de revocatione sententiae
non habitarit. Sic placet judice revocato.
Portu 17. de Março de 1681. Lemos.

A qua sententia fuit gravamen interpo- 355
situm ad Supplicationis Senatum, ubi fuit
confirmata, & fundata in deliberationibus
sequentibus.

Habemus in praesenti maioratum a quo-
dam nobili viro, & uxore in testamento in-
stitutum, prout evidenter concludunt clau-
sulae

50 sula fol. 6. ibi: *Vinculamos, & encapellamos*
todos nossos bens; quod sufficit ad hoc ut
majoratus censeatur cum omnibus qualita-
tibus, & vocationibus institutus, ex Molin.
de primog. lib. 1. cap. 3. num. 1. Surd. cons. 441.
num. 27. ad medium, & num. 23. Valens. cons.
69. num. 7. Cald. in L. si curatorem, verbo
prohiberis, num. 96. & iterum fol. 7. ibi: Co-
mo Capella, & morgado; quæ omnia maio-
ratum à testatoribus fuisse institutum pro-
bant sine hæsitatione, nec in re indubitabi-
li, & vulgarissima nostrum est, tempus, &
oleum inutiliter perdere.

556 His sic suppositis, principalis quæstio
est, an filius naturalis admitti debeat ad suc-
cessionem hujus majoratus, excluso trans-
versali legitimo? Et jam super alijs litibus
hac semel, & iterum examinata quæstione,
semper existimavi, & semper judicatum fuit
filiū naturalem admittendum non esse ad
successionem majoratus, imo excludendum
esse, admissō potius transversali legitimo, ex
Molin de primogen. lib. 3. cap. 3. num. 44. &
lib. 3. cap. 7. num. 4. Pelaes de maiorat. 2. p.
quæst. 2. à num. 1. & 2. cum seqq. Molin. de
iust. & iur. tract. 2. disp. 174. colun. ult. vers.
dubium est, Flor. à Men. variar. lib. 1. q. 16.
per totam, & num. 22. hanc opinionem ser-
vandam esse in judicando dicit Peresr. dec.
14. num. 7. judicatum refert in fortiori ca-
su Phæb. 1. p. dec. 97. num. 30. Castilb. qui
alios refert, & hanc verissimam esse senten-
tiam fatetur lib. 5. contr. cap. 3. à num. 41. ubi
declarant hanc opinionem necessario ser-
vandam esse in judicando.

557 Hęc eadem sententia eodem modo ad-
mittenda est respectu naturalis filij à Prin-
cipe legitimati, ex Molin. d. lib. 3. cap. 3. à n.
3. 31. & 34. Surd. cons. 1. num. 19. & cons.
459. num. 9. Menoch. cons. 173. num. 71. &
lib. 4. præsumpt. 81. num. 24. Castilb. dicto cap.
8. num. 46. in fin. Phæb. dicta dec. 97. Pe-
reir. d. dec. 14. num. 7. latissime idem Castilb.
lib. 5. contr. cap. 106. à n. 12. Add. ad Mo-
lin. d. cap. 3. num. 3. qui infinitos referunt;
quapropter filiam naturalem excluden-
dam esse à successione hujus majoratus exi-
stimo, quamvis à Principe fuisse legitima-
ta, vel dispensata.

558 Nee obstat illud inntile fundamentum,
quod cum majoratus institutus fuisse ex bo-
nis ad legitimam filij pertinentibus, nullus
fuit momenti institutio, ut pote facta de bo-
nis, quæ parentes vinculo suppōnere non
poterant, ex regula text. in L. quoniam in
prioribus, Cod. de inoffic. testam. ubi cōmu-
niter Doctores; quoniam ubi adest filij
consensus, dispositio prædictæ legis limita-

Pars II.

tur. Molin. de primog. lib. 2. cap. II. numer. 7.
Phæb. dec. 212. num. 7. Vaz alleg. 63. num. 7.
Castilb. qui alios refert lib. 5. contr. cap.
107. à num. 41. cum seqq. Plane in præsen-
ti est veluti in meridie caligare, suadere,
quod filij non intervenit consensus; ipse
namque testamentum patris ad publi-
cam formam reduxit; ipse in appenso alle-
gavit, quod in ipso testandi actu parentis
voluntatem, & dispolitum approbavit, &
hoc ita probavit testibus testamentarijs in
dicto appenso, & professus fuit sub juramē-
to, & tandem hoc idem judicatum fuit
in dicto appenso; unde extra dubium suc-
cedit prædicta juris resolutio, quod ubi adest
filij consensus, valide instituitur majoratus
ex illius legitima.

Nec etiam obstat quod majoratus insti- 359
tutus de consensu filij ex ipsis legitima, ab
ipso potius institutus censemur, ac per conse-
quens filius, quem voluerit ad majoratum
vocare, poterit; quod quidem late, & do-
ctissime exornatur de jure in deliberatione
fol. 86. vers. Hęc tamen conclusio à dig-
nissimis Senatoribus approbata peccat in
jure; eo quippe in simili specie non filius
qui consensit, sed pater majoratus institu-
tor dicitur etiam respectu bonorum, quæ
ad filij legitimam pertinent. Ita resolvit in
terminis Noguerol. alleg. 19. à num. 61. cum
seqq. nec enim in vita parentis aliquod jus
filius habet ad bona parentis, proat opti-
me declarat Noguerol. ubi supra num. 64.
hoc etiam resolvit Flores ad Gam. dec. 218.
colun. 3. latissime etiam in terminis Salgad.
in labyrinth. lib. 2. cap. 16. à num. 40. & 60. &
ferè per totum; unde cum pater, & non fi-
lius fuisse majoratus institutor, non licebat
filio quem voluisse ad majoratum à paren-
tibus institutum vocare, ex Molin. de pri-
mog. lib. 3. cap. 2. num. 21. Pelaes de maiorat.
3. p. q. 18 num. 19. Castilb. lib. 3. contr. cap.
12. num. 111. cum seqq. Fusar. de subst. q.
387. num. 31. Giurb. de succession. feudal. §. 2.
gloss. 11. à num. 28. & 29. Quod quidem
fortiori jure procedit in præsenti, ubi filius
in vita patris tempore, quo testamentum
conditum fuit, vinculum approbavit. Sal-
gad. ubi supra num. 40. ubi alios refert, &
hanc sententiam latissime, & eleganter mul-
tis comprobat fundamentis.

Nec allegata testamenti nullitas ob so- 360
lemnitatū defectum alicujus est momen-
ti, eo quod testamentum inter liberos fa-
ctum nihil aliud ad solemnitatem expostu-
lat, nisi illam probationem voluntatis à jure
gentium requisitam, sive per duos testes,
sive per conjecturas sufficienter efficaces,

Tractatus de Exclusione, Inclusione;

prout decrevit Constantinus in L. ultim. Cod. famil. erciscund. & Theodosius in L. hac consultissima §. ex in p̄fēcto, Cod. de testament. Molin. de primog. lib. 2. cap. 8. num. 31. Gratiā. forens. cap. 219. num. 22. quos, & omnes latissime, & eleganter de suo more congerit Boff. moral. variar. tom. 2. tit. 10. §. 1. n. 1. & 2. cum segg. Cum ergo hoc ad sit in præsenti, sine fundamento de validitate testamenti inter liberos dubitatur.

361 His sic suppositis, unicam tantum dubitationem, usque adhuc intactam habet processus; an scilicet Actori competit jus ad petendum integrum maioratum, cum institutus fuisset à viro, & uxore in eodem testamento? In quibus terminis quæstio est inter Doctores, an unum, vel duplex censetur vinculum, ad quod, deficientibus institutorum descendantibus, æqualiter diviso maioratu vocari debeat uterque consanguineus mariti, & uxoris? In qua quæstione ego altius prævisa institutionis forma efficaciter existimo quod Actori, ut pote solum institutoris Petri consanguineo actio tantum competit ad petendam maioratus partem ex bonis Petri institutoris confidatam; non enim in præsenti inveniuntur illæ clausulæ, & conditiones, quæ suadent virum, & uxorem unicum tantum maioratum instituere noluisse, de quibus eleganter Guzzierr. conf. 2. num. 9. Noguerol. alleg. 9. n. 20. Castilb. lib. 5. controv. cap. 67. num. 28. versic. ego vero; unde cum censura juris testamentum à viro, & uxore factum duplex sit testamentum, argumento L. Lucius, §. Gayo, ff. ad Trebellian. & ita etiam dicendum sit de maioratu à viro, & uxore instituto, ex Larrea dec. Granat. 60. num. 10. cum segg. Noguerol. ubi supra num. 18. & 19. Castilb. lib. 2. contr. cap. 4. num. 149. Mier. de maiorat. 1. p. 9. 23. num. 2. Add. ad Molin. de primog lib. 4. cap. 2. num. 84. in princip. sequitur quod Actor tanquam Petri institutoris consanguineus, illius bona tantum petere poterit; & quod maioratum divisum poterit quoad medietatem tantum vendicare. Optime Gregor. Lopes in L. 2. tit. 15. part. 2. gloss. 18. verbo, El mas propinquus pariente, quæst. 7. Noguerol. ubi supra num. 19. & maxime hanc opinionem consuluit Oldrad. conf. 174. judicatum refert pluribus citatis Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 50. in princip. gloss. 3. cap. 7. num. 176.

362 Verum licet primo in conspectu hæc ita vera videantur, tamen contrarium judicandum esse in præsenti suadeor; unicus namque mihi videtur maioratus, tum ex uno onere imposito successori fol. 6. ibi: Huma-

misæ; tum etiam quia institutores non simpliciter unusquisque maioratum instituit, sed designatis, & nominatis bonis, è quibus maioratus conficiebatur dicto fol. 6. vers. vinculum instituerunt; unde sequitur quod illorum intentio fuit unum tantum inseparabilem, & indivisibilem maioratum constitueret.

Deinde institutores in vocatione successorum semel, & iterum unicum vocarunt successorem fol. 7. ibi: E o possidor; & ibi: a parente maius chegado; quæ quidem conjectura à Doctoribus approbatur ad inducendam in simili specie vinculi singularitatem. Noguerol. d. alleg. 9. num. 20 faciunt quæ Castilb. d. lib. 5. cap. 67. num. 28. prope finem, refert in terminis judicatum Peg. ubi supra num. 182.

Tandem si ex qualitate bonorum inducatur conjectura institutionis, & maioratus, ex Molin. de primog. lib. 1. cap. 12. n. 18 Valens. conf. 40. num. 20. Castilb. lib. 4. controv. cap. 9 num. 65. & validè arguitur ad institutionem maioratus, ad agnoscendum, an fuisset institutus; non infeliciter ex teneritate bonorum, quæ in vinculo supponuntur, præsumendum est, quod institutorum voluntas fuit, unum tantum confidere vinculum; & ita judicarem revocata inferioris Aulæ sententia; & Reum condemnarem cum fructibus à lite contestata. Vlyssipone 27. Iunij 1681. Carneiro.

Subscribo. Vlyssipone 16. Augusti 1681
Sylva & Souza.

Mihi etiam ex ijs, quæ eleganter de more suo proponit Iurisconsultissimus Dominus, qui primo loco deliberavit, asseverandum videtur, non posse jam de viribus institutionis maioratus disputari, quippe quem Christophorus instituentium filius, cui solummodo ex institutione ipsa præjudicium inferebat, pluribus approbationibus confirmavit, & roboravit, & denique in suo testamento fol. Sed utrum ejus successio Actori agnato transversali, exclusa Rea instituentium descendente illegitima, defenda sit, hoc opus, hie labor. Ego cum chaffissimis sodalibus convenire non possum.

In primis autem animadvertisendum judeco Ream ultimi possessoris Christophori non esse spuriam, sed tantum naturalem filiam, quippe quæ ex coitu inter solutos procreata fuit, ut evidenter patet ex instrumētis fol. 30. ex quibus constat Christophorum uxorem duxisse die 20. Martij 1648. Ream vero facto baptismate initiatam die 2. Aprilis ejusdem anni; unde licet tempore nativitatis Christophorus jam forte exo-

gatus

ratus fuisset (quamvis etiam contrarium possibile sit) sufficit tamen Ream genitam esse, quo tempore solitus erat, in hoc enim illud attenditur tempus, quod filio utilius sit. L. nuper §. ultim. *Cod. de natural. liber.*
Auth. quibus modis natur. effic. sui, §. si quis
igitur dotalia, *Molin. de justit. tract. 2. disp.*
172. num. 2. & cum alijs Barbos. ad Ord. in
4. tit. 92. §. 1. num. 1. eleganter *Larrea dec.*
4. per tot. *Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 7. n.*
19. *Fachin. contr. lib. 3. cap. 50. novissime*
Fajard. de legitim. per subsequens matrimo-
nium, ex n. 32.

367 Neque obstat patrem eam tanquam ab uxorato genitam legitimasse, ad hoc non manifesto facti errore inductum, evidenter patet; quod Reæ nocere non potest, perspicuum est.

368 Secundo autem, & præcipue animadverendum est, quod licet discretissimus dominus, qui primo loco deliberavit, censuerit maioratum unicum fuisse, & minime dividiri posse, atque ita ne essario ad Actorem pertinere, quamvis Elisabethæ uxoris Petri non sit consanguinea; Christophorum autem, qui parentum dispositioni consensum adhibuit, minime posse institutorem nuncupari: Ego sane ei minime assentire statuo; nam circa maioratum ab uxore simul cum marito institutum, illud sine controversia apud authores invenio, quod quamvis dicant, unum tantum, & indivisibilem instituere maioratum, sub uno, & indivisibili vinculo; attamen juris censura duo sunt maioratus, ita ut si deficiant utriusque conjugis descendentes, & ad collaterales sit transendum, alterius bona minime ad consanguineos alterius sibi autem penitus extraneos venire sit permittendum, quippe qui maioratum instituit, non est credendum, bona sua ad extraneos venire voluisse. Ita cum *Gregor. Lop. Geval. & Castilb. Noguerol. alleg. 9. num. 19. apertissime Addentes ad Molin. de primog. lib. 4. cap. 2. ad num. 84. versic. ampliatur secundo;* ubi ampliant, quamvis ab utroque conjuge dictum sit, quod unum tantum maioratum instituant. *Roxas de incompat. maior. p. 8. cap. 3. ex n. 5.* cum ergo Actor quoad Elisabetham sit extraneus, nulloque sanguinis nexu ei conjunctus, mihi est indubium, actione prorsus carere ad vendicanda ejus bona.

369 Similiter dicendum videtur quoad bona, quæ Christophorus vinculo subjici consenserit, nempe suam legitimam; quia licet quoad Christophorū ipsum Actor non sit omnino extraneus, Rea autem ejus filia naturalis legitima; attamen filij naturales ejusdem-

Pars II.

met institutoris non excluduntur à successione maioratus, si ab eodem sint legitimati, ut nuper in gravissima causa judicavimus secundum opinionem *Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 21. num. 28. Phæb. dec. 97. à num. 10. Castilb. contr. lib. 5. cap. 106. num. 12.* Addent ad *Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. ad n. 3. vers. limitata secundo,* *Rox. de incompat. maior. p. 1. cap. 6. n. 84.*

Neque officit Christophorum non posse 370 dici institutorem, ex quo parentibus in actu testandi consensum adhibuit, prout cum *Noguerol. & Salgad.* eleganter ostendere videtur primus scientissimus dominus: Ego non Christophori expreßum, vel etiam tacitum consensum in actu testamenti parentum non invenio; licet non præsens fuisset, & pro matre subscriptisset fol. 7. vers. non ideo gravamini suæ legitimæ tunc consensisse visus fuit, quippe expresse dixit, se pro matre impedita subscribere. L. si quis ex signatoribus ff. quemadmodum testans apert. L. *Titia* §. *Lucia ff. de legat. 2. Iason, Mangrel. Negusant.* & alij apud *Hermos. in L. 60. tit. 5. part. 5. gloss. 1. Franc. Merlin. contr. cent. 2. cap. 58. n. 7.*

Ille ergo tantummodo consensus considerabilis est, quem Christophorus transactis jam multis annis adhibuit; & quidem ad eum tantum finem, ut à creditoribus parentum se liberaret, quo in tempore suæ legitimæ jam factus fuerat dominus, & cum ex eo gravamen probasset, quod à lege ipso jure penitus sublatum fuerat, institutor vere nuncupari debet, sic eleganter declarat, & pulchre comprobatur *Salgad.* à primo domino laudatus in *labyrinth. cred. p. 2. cap. 16. ex num. 87.*

Supereft ergo tantum ut dispiciamus de 372 ea parte bonorum, quæ pater Christophori maiorati adjunxit, cuius respectu maior mihi dubitatio videtur, sed etiam pro Aetrice sententiam dicere magis placet; quia quidquid sit, quando adsunt legitimi instituentis descendentes, sive inquam, collaterales, tam respectu ultimi possessoris, quam respectu primi instituentis, securius mihi videtur, ad nostrum maioratum, atque voluntati disponentium magis consentaneum naturales potius admittere, quam collaterales. *Larrea dec. 32. num. 37. Roxas de incompatibilit. p. 1. cap. 6. num. 126. & 127.* conferrunt quæ *Gusman verit. jur. 5.* & nuper, si recte memini, judicavit Senatus in gravissima maioratus causa contra illustrem Vice-Comitem Barbacenum.

Quæ omnia eo mihi probabiliora videntur: quoniam Christophorus Reæ pater, Nun ij qui

qui parentum testamentum occultum plures annos habuit, & deinceps habere posset, id tandem produxit, & non obstantibus probabilibus nullitatibus voluit observare, quo se à creditoribus exemptum, & immunitum redderet; unde non immerito tentari potest eum totalem fuisse institutorem, qui proinde filiam, quam diligebat excludere, & remotum collateralem admittere voluisse non est credendum.

Igitur sententiam Senatus inferioris sustinendam existimo. Vlyssipone 27. Augusti 1681. Lopes Oliveira.

Ita plene discussa à primo, & tertio doctissimis sodalibus apparet hujus disceptationis materia, ut sola eligendi sit oblata occasio, non tamen faciliter expendenda, ob efficacissima hinc, inde fundamenta, adeo ut nulli parti adhaerere fas sit sine formidine partis adversæ; attamen quamvis fundamenta primi Domini efficacissima sint, ejusque auream deliberationem non laudare crimen sit, tamen cum tertio doctissimo Sodali convenire mens mea petit. Vlyssipone 24. Septembris 1681. Monteiro.

In tanta juris ubertate, tam à doctis patribus allegati, quām à sapientissimis patribus resoluti, nihil de novo ad dicendum jus mihi liberaliter offert; sed ad animadversandum plura occurrunt.

Prima consideratio sit institutio facta à Christophori parentibus, quam nullam judicarem, ex animadversis in oratione fol. 118. §. quanto ad primeiro; & cum omnis repetitio sit in ore prudentium damnable juxta text. in L. ampliorem, §. in refutatorijs, Cod. de appellat. silentio me remitto.

Secunda, quod talis institutio non potest sustineri de legitimis utriusque parentis Christophoro debentibus, quibus privari nequibat, quia à Lege differtur, & ad quam naturalis juvat ratio ff. de bonis damnat.

Tertia, juxta text. in L. 1. Cod. de bonis maternis, quae disponit patrem non posse alienare, nec vinculare legitimam filiorum, & solummodo consentire filius potest in suę legitimę gravamine per specialem consensum. L. si quando §. & generaliter, Cod. de inoffic. testam L. non putavit, §. quis sua manu, ff. contra tab. latè Molin. lib. 2. de primog. cap. 1. n. 9. & latius cap. 3. n. 7.

Atqui in præsenti non invenitur in toto hoc processu talis consensus specialis, & transcriptio in testamento loco parentis facta eum non inducit, quę fieri poterat per quamcunque aliam personam, & tantummodo necessaria ad supplendum subscrip-

tionis testatoris defectum, sine qua solemnitate omne testamentum nullum, & irriter redderetur: ergo institutio de legitimis Christophori nulla etiam censemur; & ita cum supradictis DD. citatis tenet Valas. conf. 130. n. 3.

Quarta, nec consensum inducit appendicis sententia, & minus Christophori postulatio; nec testamenti suorum parentum ad publicam formam reductio ei nocere poterat, quia ad diversum suę defensionis finem attendebat, L. defensionis facultas, Cod. de jur. fiso. & aliqui Doctores autumavere etiam hunc specialem consensum juramento esse firmaturum.

Quinta, ut notatur in deliberatione penultima, & vulde doctissima, Ream, & filiam à Christophoro ejus parente institutam in hos contentionis maioratu, esse naturalem, & non adulterinam, quin concrarium dicat in supplica Principi facta ad legitimacionem consequendam.

Quia tempore conceptionis Reæ erat ejus parens in cælibatus statu, etiam si in nativitate fuisset uxoratus, ut aperte liquet ex documentis, & secundum nostrum jus Regium filij naturales succedunt etiam tam in emphyteusibus, quām in maioratibus, quamvis pater sit eques; quia valet argumentum de emphyteusi ad maioratum, ex Molin. de primog. lib. 1. cap. 7. num. 7. Valens. f. 60. num. 176. & Phæb. decis. 96. num. 8.

Et ad merendam qualitatem filij ex qualitate patris attenditar tempus, quo filius conceptus est, non nat. vitatis tempus, L. emancipatum, §. 1. ff. de Senator. L. 2. §. 1. vers. sed si pater ff. de Decurionib. & idem est quoad matris conditionem, L. sed & servorum 5. ff. de statu homin. L. 4. Cod. de pan. §. sufficit, instit. de ingen. optime dicit Augustin. Barbos. in collect. in d. L. pactum n. 3. Respondetur id quod non est in patre, in quo unicum tantum tempus, nempe generationis considerari poterat, quia illo solo tempore pater est causa potentior, & efficacior, & est in proposito optimus text. in L. moris, §. penult. ff. de panis.

Sexta, & irrefragabilis ratio est, filium naturalem non excludi à fideicomisso à patri nobili relicto, Cap. in præsentia de probat. Gam. dec. 294. num. 2. maxime intervenientibus illis clausulis de certa scientia, & de plenitudine potestatis; quia tunc, ut in præsenti, non solum filijs naturalibus præjudicium afferre solet, sed etiam legitimis, ut per omnes quos refert Ludovicus de Sarcis in statu legitimacionis, q. 6. n. 7.

Et debemus advertere cum Gam. dec. 278. num. 2. hoc præjudicium à legitimatione hæredibus legitimis causatum, intelligitur in dubio, non quando verbis conspi cuis liquet ex legitimatione nulluisse eis in nihil præjudicares; quæ declaratio non militat in nostro casu ad conclusionem refra gandam, quia nec Diploma hoc declarat, nec ad hanc majoratus institutionem ulli hære des, etiam extranei sunt vocati.

385 Septima consideratio, quæ non solum isto jurgio finem imponit, sed Actoris objectionibus plenarie satisfacere videtur, in eo, quod institutio à patre, & Elisabetha fuit facta, non solum de suis tertiijs (de quibus tantum disponere poterant juxta Ord. lib. 4. tit. 82.) sed de legitimis Christophori Reæ parentis; & quamvis, ut supra notatur, filius suum consensum præstisset etiam ex prelsum, & specialem, ut de jure requiri tur: quis, & quo jure poterat illarum dispositione privari?

386 Maxime quando institutio, de qua agitur, fuit testamento facta, uno ex duobus modis quo fieri potest, quod usque ad mortem, tam instituentis, quam testantis mutari poterit juxta text. in L. 4. ff. de admend. legat. L. cum hic status sit oratio, ff. de donat. inter Menoch. conf. 329. num. 6. Pinel. in rubric. Cod. de rescind. vendit. partit. I. cap. 3. num. 24. Gutierr. de jurament. confirmat. part. 2. cap. 1. a num. 1. Pichard. ad §. posteriore, n. 9. instit. quibus modis testamenta infir mantur.

387 Et ratio est; quia testator sibi legem imponere potest, à qua sibi recedere licet, L si quis in principio testamenti, ubi Bartol. & alij ff. de legat. 3. Mantic. de conjectur. ultimar. volunt. lib. 12. tit. 1. num. 1. eo magis, quod pa ter Reæ non condidit institutionis testa mentum, ut supra ostensum manet, & tan tummodo, sub crip sit in illo per Petrum ejus parentem impeditum, seu impedimenti causa.

388 Octava, & ultima consideratio, relictis alijs ultimorum sodalium doctissimis funda mentis, quibus etiam libenter nitor, non hæsitatur dictam institutionem majoratus fuisse ex legitimis filij compositam, de qui bus disponere non valebant, nec filio illarum dispositionem interdicere.

389 Neque Actor succedere potest in tertia Elisabethæ Christophori matris, & tantum modo, quando Actori fuisset administratio translata, solum de tertia patris, & Avi Reæ locum habere possit, juxta vulgares juris regulas, quæ sunt admodum limitatae, quod ademptis legitimis, & legatis, nihil Actori

Pars II.

superesse potest, & majoratus sine redditibus, & proventibus, quæ sunt illius finis, quibus familia nobilitatur, & generose sustineri valeat, non solum majoratus non dicatur, sed pro nihilo reputatur; & ut tenet Cardos. in prax. verbo majoratus, num. 3. non potest institui de bonis, quæ legitimam tangant.

Vnde, & ex alijs, sententia inferioris Au lœ non solum sustinenda, sed semper laudan da est. Vlyssipone 25. Novembris 1681. An drade Rua.

No feito do Doutor Luis de Oliveira da Costa, a quem assiste o Procurador da Coroa, contra João de Sousa Pereira, & oppo ente Josefa Fragosa Botto, Escrivão Luis Gomes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

Acordão em Relação, &c. Vistos estes auto s, libello do A. Joseph da Costa Castello Branco, em cujo lugar vejo a suceder por sua morte o Doutor Luis de Oliveira da Costa seu irmão, & lhes assistem os Procuradores da Coroa, & Fazenda, contrariedade dos RR originarios Antonio Correa Pereira, & sua mulher Dona Felippa de Mello, aos quae s vierão a suceder seus filhos, em especial seu filho mais velho João de Sousa Pereira, & a ser admitidos por restituição com nova contrariedade fol. 198. ao dito libello, & ultimamente a oposição nele auto apartado de Josefa Fragosa Botto, à qual o A. & Procuradores Reaes indolhe vista, não quizeram contrariar, & somente disserão fia justitia; & o dito R. João de Sousa indolhe por muitas vezes vista para contrariar os ditos artigos, tratou somente de dilatar a dita causa do dito auto apartado, com que vejo a ser lançado finalmente da contrariedade, & se por em di lação, assim a causa principal, como a desta oposição; & vista a prova dada por parte da dita oponente, documentos juntos, & o mais do processo: Mostrase denunciar neste juizo o dito Joseph da Costa por vagas para a Coroa, por falta de parentes do sangue dos instituidores, as Capellas seguintes. Primeira Capella, que instituiria Diogo Botto no seu testamento fol. 11. o qual fizera no Estado da India em 20. de Agosto de 1530. & para cuja sucessão consta chamar em primeiro lugar seu irmão André Botto, em segundo lugar a seu primo João Botto, filho de seu tio Antonio Botto, na falta de ambos, os parentes mais chegados da parte de sua mãe: a qual Capella declara Dona Theresa da Silveira filha do dito João Botto em seu testamento a fol. 23. in fin. & vers. estar cita na Freguesia de Nossa Senhora do Escouraõ, termo de Mon temor.

temor o Novo na herdade chamada do Zambugeiro, que rendia quatro moyos de pão tri-gó, & cevada ; tem de encargo húa missa todos os sabbados, & vespertas de Nossa Senhora sem lugar certo. Segunda Capella, que instituiu Maria Mousinha, & Henrique Mendes Casco no dote que fizeraõ fol. 77, v. em 17. de Julho de 1584. para haver de casar sua sobrinha a dita Dona Theresa, que no dito instrumento de dote se declara ser filha do dito João Botto da Silveira já falecido, & de sua mulher Margaida Vaz Pegas, prima com irmãa da dotadora Maria Mousinha, & consta ser chamada para a successão da dita Capella a dita dotada, & sua descendencia, na falta della sua irmãa, filha dos mesmos pais Major da Silveira, & na falta desta sua descendencia Genebra Fragosa, mulher de Francisco de Carvalhoes, & filha de Isabel Pegas, prima outrôs da dita dotadora, & na falta de todas tres, & suas descendencias, o parente mais chegado barão da dita dotadora da parte de seu pay: consta a dita Capella dos bens declarados no dito instrumento de dote fol. 78. vers. & dos que mais lhe acrescentou a mesma dotadora no seu testamento fol. 71. vers. tem de obrigação a dita Capella duas missas todas as sexias feiras, & dias de Nossa Senhora, ditas na Igreja de S. Domingos da Cidade de Evora, ou aonde os administradores mais quizerem. Terceira Capella he, a que instituiu a dita Dona Theresa da Silveira em seu testamento fol. 19. em 12. de Dezembro de 1621. dos bens declarados fol. 21. & vers. para cuja successão chamou a seu sobrinho Antonio Fragoso de Attaide sua descendencia, em falta o herdeiro mais chegado ao ultimo possuidor, & lhe pôz de obrigação húa missa quotidiana para sempre no Capitulo do Convento de S. Francisco de Evora. Quarta Capella, que instituiu a mesma Dona Theresa no dito testamento dos bens declarados fol. 24. vers. & 25. para cuja successão chama a Dona Constança Loba sua sobrinha, moradora na Villa de Borba, & viuva que havia ficado de Diogo Fariseu Godinho, outrôs seu sobrinho ; por sua morte seu filho barão, & na falta de barão a femea, assim & na forma que havia disposto na outra, Capella de seu sobrinho Antonio Fragoso, dispondo reciprocamente, que na falta da descendencia de qualquer delles húa Capella a outra se unia: tem de encargo esta Capella outra missa quotidiana dita no Convento de S. Domingos da Cidade de Evora. Quinta Capella, que instituiu a mesma Dona Theresa no mesmo testamento, do quinhão querinha da verdade, chamada da Silveira, que fica

no termo da Villa do Redondo, como declara fol. 25. para a successão da qual chama a Ruy Lopes da Silveira seu sobrinho, morador em Viana de Alvito, & sua descendencia, na falta della a Luis, filho mais velho da dita Dona Constança sua sobrinha, chamada para a segunda Capella, que instituiu, à qual manda, que se una tambem em falta do dito Luis, esta Capella, que tem de encargo dez missas rezadas por dia de todos os Santos, & seu oitavario. Sexta, & ultima Capella, a que instituiu Miguel Pegas, pagem de Dom João Côde do Redondo, de que consta a fol. 87. feita a dita instituição em seu testamento, que fez estando doente em Evora em casa de seu tio o Conego João Rodrigues em 8. de Abril de 1530. para cuja administração chamou em primeiro lugar ao dito Conego, & por sua morte a seu primo Lucas Rodrigues, & seus herdeiros sendo machos; não sendo machos, aos filhos, ou netos de seu tio Fernão Rodrigues, andando em húa só pessoa a mais velha da linhagem de sua mãe: foi imposto o dito vínculo nas propriedades declaradas fol. 87. v. in fin. & seq. com encargo de meyo annal de missas rezadas no Mosteiro de S. Francisco da dita Cidade com seus responsos, & doze missas cantadas de requiem, com seu nocturno, & ladinhas no primeiro de cada mez; & das ditas Capellas se mostra o dito Senhor fazer merce ao denunciante em sua vida, tirandoss à sua custa para a Coroa, na forma ordinaria, & a este fim em seu libello allega o A. que por morte de Alvaro de Attaide, filho de Antonio Fragoso, ficara vaga a primeira Capella, que instituiu o dito Diogo Botto, que morrera na India, & que os RR. estavam injustamente de posse della, por não serem dos Bottos, & que assim o declara Ayres Falcao Pereira no testamento com que falecera, sendo bum homem grande Christão, de muita qualidade, & grande Letrado, & mui visto nas familias, não só de Evora, & Montemoro Novo, mas de todo Alemão; o qual sobre a posse da dita Capella havia andado em demanda com os ditos RR. & fizera a dita declaração por descargo de sua conciencia, allegando outrôs, que estava tambem vaga para a Coroa, a Capella que Dona Theresa instituiu em seu sobrinho Antonio Fragoso, & a que se unira a esta instituida em Dona Constança, porque sucedendo nellas Alvaro de Attaide, filho do dito Antonio Fragoso, viera a morrer, sem deixar filhos, nem outros descendentes, nem havia parentes alguns dos Bastos, que ouvessem de suceder nas ditas Capellas: os RR. não podião mostrar, q̄ o fossem dos sangue dos instituidores, como tambem não eraõ

do instituidor da ultima Capella Miguel Pegas, com que eraõ injustos possuidores de todas as ditas Capellas, & as devião largar por as nam poderem possuir, & succeder na administração dellas, sem precisamente mostrarem serem da geração, ou sangue dos instituidores de cada húa dellas; porque em outra forma se ficaraõ de volvendo à Coroa para o dito Senhor fazer nomeação de administradores por antiquissimo costume deste Reyno, que val como Ley, & já hoje nam pôde ter duvida algúia, por estar julgado muitas vezes conforme a elle, sem exemplo em contrario. Por parte dos RR. se allegaraõ os artigos de embargos de obrepçao, & subrepçao fol. 81. & fol. 86. & huas, & outros embargos lhe foraõ recebidos por contrariedade, & vieraõ finalmente a allegar sendo admitidos por restituição os RR. filhos dos RR. originarios, & principalmente o R. Ioaõ de Sousa, que o libello do A. não conclusia, por se nam mostrar, que faltasse a successão dos instituidores, senam declararem os bens, em que estavão instituidas as ditas Capellas, & de que Diogo Botto no testamento com que morrerá na India, não instituira Capella, mas sómente hum fideicomisso com obrigação de missas, sem proibição algúia de alheação, nem declaração de familia. Mostrase, que nas Capellas, que instituiuo Dona Theresa por faltas dos descendentes dos chamados pela dita instituidora, haviaõ de succeder os parentes mais chegados da dita instituidora, como era a R. Dona Felippa de Mello, a qual se allega, que era filha de Dona Constança Loba, & seu marido Diogo Farisca Godinho, os quaes ambos eraõ sobrinhos da dita instituidora Dona Theresa, & para a successão da segunda Capella, que instituiuo, chamou em primeiro lugar a dita Dona Constança. Mostrase, que a dita Dona Felippa casara com o R. Ioaõ de Sousa Pereira, & mass filhos, que foraõ habilitados por morte de seus pays; & allegaõ outrossim, que de Miguel Pegas, & Maria Mousinha instituidores, que foraõ de outras duas Capellas, não faltara também a successão, & geração por os ditos RR. pela parte da dita sua may D. Felippa de Mello serem da geraçam, & familia dos Pegas, Silveiras, Bottos, Mousinhos, Attaide, & do sangue de todos os instituidores das Capellas, de que se faz menção no libello; o que reconhecerá tanto, assim o Doutor Ayres Falcão Pereira, que o confessara na supplica, que fizera ao Desembargo do Paço, ut fol. 98. vers. Por parte da oppoente Iosefa Fragosa n'este auto apartado se allega, que de todas as ditas Capellas pedidas no dito libello, de que foraõ instituidores Diogo

Pars II.

